ac suos successores ad eadem omnia inscribit, et obligat praesentibus. Illumque Terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde subsequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, propria ioni minorennitate, Iudicii Fororum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta, ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. ad quietationem praeterea ultra primos et proximos Officii praefati Castren. Praemysliens. Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, atque praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalis Iuris praescriptione Temporibus, bello, conventionibusque ac aliis omnibus Iuris mediis, et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Stat sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Podolski Moczulskiemu Roborat.

267 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemysliensibus Generosus Michael de Podolina Podolski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc accinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus

totaliter

totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse se, ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis Generoso Andreae Moczulski inscribit et obligat praesentibus; membranam seu scriptum certum manuale per se Recognoscentem, in rem et manus Generosi Andreae Moczulski ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, de Actu et data illius hic Premysliae die hodierna in Actu contenta, confectum, conscriptum, datum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis vadiis ligamentisque ac nexibus generaliter universis eidem Generoso Andreae Moczulski et ipsius posteris firmiter, tenere, complere, exequi ac inviolabiliter observare omnibusque illius et singulis contentis tam in toto quam in quavis eius minima parte, toties quoties eo opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum manuale ad inscriptionem praesentem Roboratoriam, et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praefatum scriptum vicissim in toto referendo. Idque sub vadio summae Quadringentorum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem suprascripto Generoso Andreae Moczulski, aut ipsius posteris, ob non completionem contentorum eiusdem scripti manualis omnium et singulorum, tam in toto quam in parte toties

1909

quones opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo premisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua Principali ex contentis scripti eiusdem non completa complenda, citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Michael de Podolina Podolski vel eius posteri ad instantiam praenominati Generosi Andreae Moczulski aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ex nunc recessu synistero quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium praetactum luere, inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit, et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde subsequentes, causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate, Servorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officy praefati Castrensis Capitan. Praemyslien. Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullas motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus fatalibus Iuris, Protectione Terrestri, bello conventioneq ac aliis quibusvis iuris remediis, et suspensio

non

non subterfugiendo, nec alio quovis modo evadendo. Hac
sua praesenti personali Recognitione ad posa oia mediante.

Feria Quarta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

7/V 1670

Manasterski & Vruski sese adinuicem et mutuo Quietant.

267

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesen-
tibus Castren Capitan Praemyslien Nobiles Hrehorius
Manasterski ab vna, et Iwan Vruski partibus ab altera,
sani mentibus et corporibus existes, a Terris, Districtibus,
Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis
et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren
Capitaneali Praemyslien Iurisdictioni se, cum succe-
ssoribus ac bonis suis gnaliter omnibus, totaliter et
plenarie incorporando atq subijciendo, palam publi-
ce libere ac per expressum recognouerunt, et quili-
bet illorum suo pro interesse seorsim recognouit.
Quia ipsi et quidem suprascriptus Nobilis Hrehorius Ma-
nasterski suo et Nobilis Theodori Manasterski fratris
sui germani atq Laboriosi Dmitr Tereszew de villa
Manastenec subditi, praefatus vero Nobilis Iwan Vru-